



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Decretum. XXXIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

dem Ecclesiæ relinquit. is autem qui ita conduxit, quotannis saltem tertiam partem eius rei, quam locationis nomine debet, retineat, quoad sibi de pecunia suatu data satisfactum sit.

Si vero qui his conditionibus conduxit, tertiam partem in singulos annos non retinuerint, ne ius sit eis ab Ecclesia, nec a rectori qui succedit, repetendis; sed eorum culpe adscribatur.

Quod si rector partem eam accepta ferre recusari, quam sibi conductor eo impensarum nomine retinuerit; hic qui coduxit, reliquam eius rei partem, quam locationis causa debet, soluere ne cogatur, quoad ille se accedisse legitima proportione fateatur.

Sin autem ex actione locationis conductori licuerit alias prædiorum partes quam edificia meliores reddere; eidem ius sit, quidquid in illis melioribus redendis quotannis insumpserit, id certis illis singulis solutionis diebus proxime sequentibus, in singulos annos, quibus locatione firma est, pro rata sibi retinere.

Quod nisi fecerit, Ecclesia, sive qui illius curationi postea præficietur, illos sumptus conductori restituere nullo iure debeat.

Quibus actionibus longius quam supra præscriptum est, tempus conductori tribuitur, in recuperandis sumptibus quos ipse fecit; ex ijs nullum eidem ius recuperationis competit contra Ecclesiam, eumve qui locatori in eiusdem Ecclesiæ curationem successerit.

Quæ autem locationes ab aliquo Canonorum Collegio de prædijs ijs fiēt, quæ non ad singulorum præbendas, sed ad vniuersum ipsum Collegium pertinent; eaque ita fient, ut prædia meliora conductori facere liceat; ijs locationibus ita initis, si pecunia certa pacta sit in illis melioribus reddendis, quidquid sumptus eo nomine faciendum erit, primo ipso locationis anno, & reliquis singulis sequentibus annis conductor ita pro rata retineat, ut confecto ipso locationis tempore, demum sibi omnino satisfactum sit de sumptibus quos ea causa fecerit.

Sin autem nulla certæ pecunia pactio inita sit, non ab ipso primo locationis

anno, sed ab eo anno postquam sumptus eo nomine facti sunt, initium faciendo, impensis, habita temporis ratione quæ permanebit locatio, pro rata in singulos sequentes annos sibi retineat.

At verò quæ locationes a rectoribus iam ad breue tempus ita inita contrahæ sunt, ut prædia meliora fiant, huiusq; pactionis vi atque ratione, & ædificia farta testaq; sunt, & prædia item meliora redditæ in his locationibus ita contratis duo tressæ viri vsu periti a Vicario nostro generali deligantur, quorū iudicio ad sex menses conitet, quæ res in prædijs Ecclesiæ locatis meliores redditæ, quæve restituta sint, & quantum pecunie in ijs erogatum sit, quibus rebus melioribus cognitis ac perspectis, tum Vicarius statuat, quo temporis spatio firma adhuc locatione, is qui sumptus fecerit, eos recuperare possit.

Si vero qui iam conduxit, in hisce prædijs aliquid melius in posterum reddiderit sumptibus suis; hos sumptus quo fecerit, ex ratione recuperet, quæ a nobis hoc decreto præscribitur; nisi id convenienter sit, ut breuiori tempore solvatur, quam a nobis statutum est.

Id autem quod facilius præstetur, ipsis beneficiorum ecclesiasticorum rectoribus edicimus, ut quæ locationum pactiones de prædijs ecclesiasticis ita contrahæ sunt, ut ea meliora reddiri quauis ratione licet; duobus post huius decreti promulgationem mensibus earum exemplum nobis planè exhibeat; si modò sumptus eo nomine facti recuperati nō sint; vel illarum pactionum iure est adhuc conductori permissa facultas illa ipsa meliora reddendi.

Ut vero hoc nostrum decretum omnibus notum sit, ac planè perspectum; illud iussu nostro vulgariter redditum, ab omnibus & singulis nostræ vrbis & diecesis parochis, festo primo die postquam acceperint, publicè in Ecclesia legi, ac populo frequenti recitari volumus & iubemus.

#### Decretum. XXXIX.

Q V O N I A M in nostra & vrbe & Fructu ecclesiæ diæcesi est quidam canonu rationi alieni post

B nra

**C**oris obi<sup>nus</sup> admodum a<sup>e</sup> planè repugnans v<sup>s</sup>us;  
eum ad quē vt si forte cuiusvis Ecclesiae rector men-  
tiveant. se Augusto aut post eodem anno mori-  
tur, is qui in eius locum vacanti Eccle-  
siae præsicitur (etiam si qui obiit, vt pau-  
cos dies Ecclesiae operam suam nauae-  
rit) ne ullam quidem partem habeat c<sup>e</sup>  
sum, fructum, aut emolumen torū, quā  
eo item anno ex illius Ecclesiae prædijs  
percipiuntur.

Quā res iure non introducta, Ecclesijs  
cum maximè perniciosa sit, ijs præser-  
tim in quibus animarum cura exerce-  
tur (quoniam non facilè quispiam sacer-  
dos illius Ecclesiae curationem suscipit,  
vnde ne vīctum quidem vīsq; ad sequen-  
tis anni initium sperare possit) nos pro-  
pterea sacerdotum canonum auctoritatē  
secuti illud edicimus, vt si post Cal. Au-  
gusti Ecclesiae rector deceaserit, is qui il-  
lius Ecclesiae fructus ad se pertinere af-  
serit, xre alieno si qd ecclesia habet per  
solato, & detractis fructibus, qui ipsius  
Ecclesiae Rectori & ministris ad vīctum  
atq; ad reliqua onera præstanta necessa-  
rīerunt, quoad alij sequenti anno per-  
cipientur, qui ex ijs reliqui fructus e-  
runt, eos solum sibi retineat.

## Decretum. X L.

**D**e librorū CVM s<sup>p</sup>ē aliās Summorū Ponti  
Impressionē sicum, Gelafij in primis, Nicolai item, &  
ac venditio Innocentij Quarti constitutionibus fa-  
ctum sit, vt libri falsi, adulterini, & pra-  
ui, veteratoria quadam malorum homi-  
num arte excogitati & conscripti in vul-  
gus ne darentur; huic etiam rei quā ma-  
ximè perniciosa est, sancte quidem Late-  
ranensi Concilio Leo X. consuluit gra-  
uissima edita constitutione, quā est de li-  
boram impressione: quam constitutio-  
nem, vtpote quā his temporib<sup>us</sup> in om-  
niē partē valde admodum vtilis ac  
necessaria est, tum Concilio Tridenti-  
no, tum Indice librorum Sedi Apostoli-  
ce auctoritate edito iuslum est vel dili-  
gentissimē obseruari.

Nos igitur eam ipsam constitutionem,  
& quod ipsius Concilij Tridentini au-  
toritate, Indicis; regula fancitum est,  
nostro ordinario munere, & Sedi Apo-  
stolica auctoritate exequi cupientes;  
(præsertim cum vīsu compertum sit, li-  
brarios plerosq; lucri solū zuidos & ap-

petētes libros quosdam imprimere, aut  
impressioni tradere, ac venales publicē  
habere, quorū lectione homines, in maxi-  
mos & fidei, & morum, & vita erro-  
res incidentur;) has ipsis librarijs, seu li-  
brorum impressioribus, ijs item qui li-  
brum aliquem, scriptum vīe cuiusvis ge-  
nesis aliud imprimendum curant, regu-  
las præscribimus, ex eo Lateranensi &  
Tridentino Concilio, & Indice libroru-  
m desumptas; quas ab omnibus & singulis  
ipsis seruari volumus, propositis his po-  
nis, quā ijsdem Concilijs, & ipso Indice  
constitutæ extrema huius decreti parte  
expresa continentur.

Ne librarius quispiam, seu librorum  
impressior, aliisve qui libros vel alia cu-  
iūs generis scripta imprimenda cu-  
rat, eos eave typis mandet aut impre-  
matiñi liber aut scriptum quod impre-  
sionē tradendum est, primō recognitum  
sit & comprobatum, eidēmq; subscriptū  
a nobis, & ab Inquisitore, aut ab eo cui  
id curæ datum erit.

Cuius libri scriptive recognitio & com-  
probatio, cū diligenter fiet, tum etiam  
gratis.

Exemplar autem subscriptionem etiam  
habeat, quā ipsius auctoris manu ac no-  
mine notata sit.

Libri scriptive quod impressum in luce  
dabitur, comprobatio imprimatur vel  
in initio vel in fine libri.

Libro scriptive impresso nomen & co-  
gnomen imprimenis appositum sit.

Cum primum autem libri scriptive im-  
pressio confecta erit, eis nobis exēplar,  
aut Inquisitori tradatur, aut ei qui no-  
stra auctoritate eidem subscripterit.

Contra si quis fecerit, excommunicatio-  
nis poenam subeat, libris præterea im-  
pressis multabitur, qui publicē combu-  
rentur; per annum item ab imprimendi  
munere amotus erit, tum centū aureos  
nummos soluet: quam multā locis pijs  
& religiosis attribuemus.

Bibliopolis autem in libristum emen-  
dis tum vendendis ea omnia edicimus,  
quā & ipso toto Indice Sedi Apostoli-  
ca auctoritate edito, & regulis ipsis san-  
cta & præscripta eis sunt; quā item pro-  
vinciali nostra Constitutione de hac ip-  
sa re constitamus.

Cuz

Prou. 1. p. 3.  
de profess.  
fid. &c. p. 2.  
§. episcopi.